Temporibus sortita uices. tu lumina celo
Fulsere. alterno solis lunęq; meatu
Quin & sidereus nocturno tempore candor
Temperat horrentes astro & luce tenebras
Aetatum suaui p̄ducens omnia foetu
Pulchra repentino uestita ē gramine tellus
Accepere genus sine germine. iussa creari
Et semen uoluisse fuit. Sic ubere uerbi
Frondescunt siluę teneris radicibus arbor
Durauit uastos paruo sub tempore ramos
[illegible]uis formatas animalia multa figuras
Surgunt. & uacuū discurrunt bruta p̄ orbem
Et late in altū uolucres motuq; citato
Pendentes secuere uias & in aere sudo
P̄petibus librant menbrorū pondera pennis
Post & iam clausi uasto sub gurgite pisces
Respirant limphis flatusq; sub equore ducunt
Quiq; negant nobis illis dant humidi uitā
Nec minus in pelago uiuiscunt grandia cete